

### III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 93.

---

*Secretum litterarum Commercium inter Vivos  
et vita functos.*

Ex mundo superiore.

---

Elysum-Meum.-Die Martii 16. Jan. 1810. (Neov. 26 Dec. 1809.)

---

Parocho cujusdam pagi vita functo, Capellanus ejusdem.

**A**nimo propositum mihi fuit nihil in argumento belli & pacis dicere amplius; cum ecce! venit in manus *genius saeculi*, in quo singulares animadversiones deprehendi intuitu moralitatis, nobis, nobis dico Ecclesiasticis cum primis curae cordique habendae.

Auctor aestimandus adumbrat primum emolumenta ex bello promanantia — dignetur audire quid loquatur:

„Bellum, ait' diversas orbis nationes coartat, discunt eae se mutuo nosse, se mutuo atterunt, quo fit: ut culturae necessitatem sibi reciprocam injungant, ex bono usum capere occipiant, quod alibi adverterunt; milesque lares repetit locupletatus scientiis; quas in patria sua propagare nititur. In oculos incidentem animadversionis hujus confirmationem praebet eruditus Rohrer, in suo Tentamine Slavicorum Austriae Monarchiae Incolarum. „Illyrus, ait, longe distat hodie

ab insulto & fero satellite (Pendur) quem Cl. Tempelhof in historia belli septennis sua describit. Miles conficiarius Dalmata, Croatia, Slavonia postrema sæculi decade cultam invasit Germaniam. & Italiam, perque plurimum annorum decursum jam ceu victor, jam ut bello captus Belgio Gallicoque solo continebatur; innumera humanæ cognitionis objecta ei ob oculos posita, animoque proposita sunt.

Fieri quidem potest: quod in his limitaneis hominibus intellectus nondum regulæ adstrictus, parum adhuc scientiæ deprehendatur, verum negari nequit, eos multis ad promptitudinem habitumque usque perductis subtilibus facultatibus ad cognitionem hominum, reumque facientibus necessariis, pollere; olim Illyris clavi solum parietis infixi, nodi, cupræ monetæ, Valach; & Singari noti erant. Semi-invalidus Illyrus Confutarius hodie in suo excubiarum tugurio ad ædes purgationis (Contumaciæ) in medio commitionam suorum non raro statuit, sententiamque de promit de integris gentibus, de physicis moralibusque earum perfectionibus defectibusque exactius, quam nonnulli theoremi eradii."

Veram audiatur & altera pars.

Expendamus mala belli coniectaria:

„Gens bello fera redditur; liberi parentibus moderatoribusque suis non obediunt, fatnuli leviter cogitandi indolem induunt, ancillæ domini obsequi detrectant, fidem

que & aures præbent illecebris, & melio-  
nis verbis cuiusvis uniformi veste, sæpeque  
induti; servi inuuantur discessu, æque mili-  
tiam secuturos, ut primum serio explendæ  
obligationis admonentur; Pauperes occasione,  
vix tolerandæ subsidia procurandi, destituun-  
tur; necessitas nullam legem veneratur; in ani-  
mis egestate pressorum sæva expergiscuntur  
censilia, foedum mentis conceptum sequitur e  
vestigio factum, quod amplius pavorem non  
conciat, prædonesque & sicarii regiones  
pervagantur; psuper, quem laborare soedet,  
stipem petit, & a mendicatione ad factum le-  
vis gressus est, quippe: quod agendi discrimen  
is, qui omnem coram aliis roborem  
exiit, inter *accipere & acceptare* facturus est?

Qui altioris conditionis sunt, maiore ad-  
huc egoismo, quam reapse polent, ducuntur;  
æstrum sui commodi studii, furoris gradum  
attingit; animus eorum omnem commisera-  
tionis sensum excludit, anxie sollicitudine  
de futuro sensus expertes eos reddit, eorum-  
que animus sedes efficitur foedorum quorum-  
vis affectuum, cunctarumque vilium abominabi-  
liumque propensionum; Musarum cultorem  
turbat continuo armorum hostilium strepitus,  
nequitia libera & inturbata mente va tum scien-  
tarum ambitum emetiri; inedia & periculo  
cingitur, quæ ambæ sciem mentis ejus hebe-  
tant, arctantque, ipsæque universali Egoisti-  
co spiritu, continuoque increcente malis  
contagio corripitur, benevolentia ejus cor-  
mopoliticusque animi sensus denique tu.



mulo infertur. Mercator se unum, & pecuniam suam noscit; hæc notionum ejus orbitam constituunt, cumque functio ejus intercepta sit, ejusque speculationes periclitentur, hinc fit: ut ex una parte cupiditas sui commodi continuo increscat, commiserationis experta inedia laborentem videat, cui modico impensa salutem ferre posset; altera pars lucri cupiditate, leviterque cogitandi ratione continuo proficit, nec fidem datam, nec dandam æstimat amplius, prodigit absque ruminacione aliorum bona usque, quo facultatibus labatur. Quapropter bellum ex hac parte expendendo schola est perniciose & depravationis hominum; quæstioque oritur: utrum luorum, & emolumentum, quod per bellum ex una parte intellectui enascitur, moralem justuram detrimentumque exæquare, & compensare valeat, quod altera ex parte redundat? —

Jam, quæso, utri parti adhaerendum? — Equidem existimo: generi humano multo consultius fore, ejusque saluti adcommodatus, si quisque domi suæ maneret, nec ullum oriretur bellum. — Profecto res horrida est Bellum! me jam intelliget Adm. Rev. Dom. Parochus. —

Intuitu politicorum adjunctorum, negotiorumque, quibus medio Ephemeridum publicarum animum oblectare A. R. Dominatio solebat, quædam perscribere possum; quæquam nova non tam copiosa, æque tam frequentia sint hodie, quam nuperis in Germanicis bellis.

Et primum quidem non sine admiratione intellet. D. Parochus, Gallicanum Monitorum de 20. h. significare: Merech. Ducem Castellionis (Augrau) ad bellicæ rei ministrum Parisiis de occupatione arcis Gironæ retulisse, eamque descripsisse; ac meminisse D. Parochus velit, Gironam, seu Gerundam non quidem amplam, bene nihilominus munitam Cataloniæ urbem esse. Continet ea quinqs munitas arces, & colli ex utraque Teri fluminis ripa insidet. In Ecclesia Cathedrali sacer pulpitus, altare, utraque statua ex denso argento habebantur. Numerus Incolarum dena circiter millia compeditur. Occasione occupationis suburbii Gironellæ, populares nostri, foederis Rhenani copias, strenuitate eminebant. 3 vexilla, 200 machinæ bellicæ in munitione repertæ, 5000 viri capti, die 10 h. seq. Capitulatio conclusa est: 1) præsidarii cum bellico honore excedunt, & cum bello capti in Galliam abducuntur. 2) Omnes Incolæ respectu gaudebunt. 3) Religionem Cath. Incolæ porro profitebuntur, quæ protegetur. 4) Crastino media 9 tres portæ Gallico militi tradentur. 5) Eodem tempore præsidarii arce decedent, portam Arynes egressi milites, in plano arci subjecto arma deponent. 6) Officialis rei tormentariæ & geometricæ cum bellico Commissario, causa tradendorum pretuariorum, mapparum, designationum, &c. eodem quo portæ urbis occupantur, tempore Urbem subeunt, Gironæ die 10 Dec. 7 hora vesp.

tius. Subscribimus præsentì Capitulationi, eique in omnibus punctis satisfactorios nos pollicemur. Subscr. W. Washi, Isidorus de la Mata, Gulielmus Minal, J. D. Layclausa, Colonelius. Blasius de Fournas, agm. hisp. exercitus ductor. Julius de Bonber, agm. ductor (Brigaderus) provisorius Gubernator. Gen. Præter St. bi Generalis 7 Corporis exercitus in Hisp. Subscr. Ney.

Adprobatum per nos Imperii Mareschallum 7 Cohortis exercitus in Hisp. Subscr. Augereau.

Jun nova pax inita rursus est, & 30 quidem Dec. quos inter Status? Sveciam & Daniam -- Consecratum pacis Rastocæ cum Svecis -- Aliud consecratum Helsingburgo de 9 h. m. annunciatum, iter Gustavi Adolphi Regis per Germaniam ad locum futuræ commutationis in Helvetiam. Rumor de itinere Imp. Cancellarii C. Romanzow Petropoli Parisiis confirmatione uberiore eget.

Novæ spes Hollandiæ imminere occipiunt: red tas regis, constitutum Statum Hollandiæ; contra: intuitu commercii str. & agendationes ex pectantur. Ad hanc spem valor publicarum Chertarum aliquantum increvit.

*Diarium politicorum eventorum.*

Londino 12. Dec. Persicus legatus Pli-mahi continenti expositus Londinum concessit sumtibus regiminis habitationem, sustentationemque habiturus.

Nullo unquam tempore, ex quo Anglia Commercio vacat, in Tamesi tam immanis pæus vinorum, Cremati, Cannabis, Sebi, Ignorum aliarumque mercium visa est, ac hodie promptuaria, depositorya, conditoriaque tenent. Ajunt: numerum vasorum, vini & aliarum Cremati specierum de præsentis in promptuariis, & ob defectum spatii navibus adhuc conceatarum, præter ea quæ Cellanis Mercatorum Londnensium condita sunt, centum miliarium anglicorum spatium occupaturum, si vasa sibi junta ponerentur.

*Collonellus Bure.*

Olim Statuum foederatorum Americanorum borealium Pro Pressus, die 16. Dec. Hannoveram advenit. Est hic vir Statisticæ memorabilis. Natus est: ejus conatus eo tendit, ut adversus Hispaniam hostilem rationem adoret. — Ejus politica naturæ sitique regionis admeasa fuit. Americani quippe Status adversus nullam aliam Potentiam occupationes in effectum deducere queunt, quam adversus duos fertilesque hispanicos in boreali America Colonias. Interim horum Statuum territorium per cessionem Lutheniæ adeo ampliatum: ut prima eorum cura esse debeat, augere incolarum numerum, quod non sit tam subito, quam passim existimaat. Fortassis hodie, enim Colonias a matre Civitate abscissæ sint, tentamen in-



stitui posset, utriusque Mexico persuadendi, ut eum Statibus foederatis vires conjungant, ad communem eum iis, eamque formidabilem rempublicam constituendam; foret hoc efficax mediam imperiosam Anglorum in hanc orbis partem actioni intercedendi. — At quid agis bone? fortassis tempus illucere potest, quo Colonias Americani in Europa condere vellent, — an nescis illud: *Hodie mihi, cras tibi.* —

Nihil ex multo tempore in Mercuriali Londini Aede, tam erat memorabile, quam duos Tyrolensium Deputatos videre, alterum omni Exorb. Praef. (Majorem) *Meller*, alterum ejus Adjatorem quemdam *Schönecker*, matrem nurusque convolavere, ad videndos eos, qui factae patriae suae recensuere; & nunc? — quid eos fiet? probabile est: ad domesticos mores postliminio redituros; & reapse reperire est in Tyroll colonos, universam Europam, cistis dorso impositis, obeuntes; nec tam inexperti, hebetesque sunt, quam vulgo habentur. In itineribus conficiendis & experientia, praerogativam praesvevo, & Bavaro nullo non tempore sibi vindicaverunt, (an & praesolerti Slavo ex Hungaria orbem esse vagante? *adnot. vers.*) & quod ad animi candorem: continuo erant. — *Tyrolenses.*

Elysi

Vos

Dum

Exsu

Spec

P r

qua

get

rum

chro

antu

Nost

Nost

tum

nibu

temp

qua

tui

nent

Prae

spec

qua

poli

scire

eam

cont